

Π κ  
2266



B. M.  
h. 20

I

J



B. N. II, 101.

h. 21, 9. EXERCITATIO JURIDICA

DE

# COMITIBUS EORUMQUE JU- RIBUS

*Quam*

Divinâ Annuente gratiâ,

Permissu Magnifici Jctorum Ordinis,

Sub PRÆSIDIO

VIRI

*Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimi*

## DN. CHRISTOPHORI REDEKERI,

J. U. D. & P. Celeberrimi & c.

PATRONI, FAUTORIS AC PRÆCEPTORIS  
ÆTERNUM VENERANDI,

publico Eruditorum examini exhibet

## JOHANNES CHRISTIANUS MEISNER, Rhodâ Waldecc.

IN AUDITORIO MAJORI ad diem 9. Julii

*Horis Consuetis*

RostochI, JACOBI RICHELII, Senat. Typogr.

ANNO M DC LXXXIV.

II R  
2266

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
HALLE (SALE)

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

COGNITIO  
FORNITUR  
RIBUS  
Permissu Magnifici Secretarii Ordinis  
supra scripto  
1711



DI. CHRISTOPH. REDER  
ILL. D. & P. Celsus  
Patroni F. A. T. O. R. I. S. A. C. P. R. A. E. C. T. O. R. I. S.  
A. T. E. R. N. I. M. V. E. N. E. R. A. N. D. I.  
publico Examine exhibet  
JOHANNES CHRISTIANUS  
MEMBER, P. B. O. C. H. W. A. L. D. E. R.  
IN AUSTRIA M. T. O. R. I. S. A. C. P. R. A. E. C. T. O. R. I. S.  
1711

mo  
di,  
vol  
NE  
DE  
D  
N  
Co  
Co  
run  
hun  
Et  
tes  
eip





## Q. D. B. V.



Consuetudo per antiqua sanè, eaqve non tam vituperanda, quàm summoperè laudanda cum sit, ut, qui Academias bonarum liberaliumqve artium mercaturas adière, in iisque per certa temporum spatia degère, Studiorum suorum rationes, probatis exhibeant viris. Laudabili huic mori, ut & ego satisfacerem, Disputationem de **COMITIBUS ILLORUMQ; JURIBUS** pro ingenii mei modulo conscripsi. Priusquam verò illam Vobis, *Viri atatem Venerandi, Colendiq; exhibeam*, ne eam rigidi juris lance, sed æqvitatìs atqve benevolentia trutinà expendatis, submissè rogare volui. Adsis quoqve, Ò ÆTERNE DEUS! Conatibus divinà gratià, tuiqve favoris auram inceptis adspires meis, faustosqve eis successus clementissimè largiaris!

### CAPUT I.

De

## Derivatione Vocū & definitione Comitìs.

**N**E Andabatarum more pugnare videar, tam Comitìs, quàm juris significationem accuratiùs perpendere, inqve illarum derivationem inquirere, omninò necessarium esse duxi. Sunt, qui Vocem Comitìs, Comitati Virtuti, originem suam debere statuunt, Comitem enim Comem esse decet, præprimis cum antiquis temporibus iudices provinciarum Comites dicerentur, qui *juxta l. 19. ff. de Off. Præs. id.* erga quemqve se humanos, facilesqve præbere teneantur. Alii Grammaticè, & quidem rectiùs, vocem à Comitando deducunt per *l. 15. §. 16. ff. de injuriis.* Comitès enim sunt, qui aliquem comitantur; ita Comites appellabantur, qui Principem sectabantur, ejusqve lateri adhærebant, *Besold. in Dissert. de Comitib.*

- n. 2. qui Proconsulibus, Praesidibus, aliisque Magistratibus missis ad divicias Romanoque imperio subjugatas Provincias, ut Adjuutores negotiorum, ad-  
4 jungebantur, *l. 16. ff. de Off. Praesid.* Politicè olim derivatio hujus vocis quo-  
que rectè instituebatur à Comitiva, i. e. dignitate, *l. 3. C. de discuss.* Comites  
enim dicebantur, qui Comitativa, seu Comitiva i. e. honore illustribus vici-  
5 nõ gaudebant. *Brissou. de V. S. ad voc. Comitiva.* Horum verò alii in Pa-  
latio militabant, circa latus Principis agentes, ut Comes Sacri Palatii, qui Au-  
lae Principis curam habebat *l. un. C. de Comit. & Archiat. Sacr. Pal.* Comes  
Sacri Consistorii, qui intimo Principis consilio assistebat, *l. 2. C. de Comit.*  
*Consistor. l. 4. C. de Advocat. divers. judic.* Comes Sacri Patrimonii, *t. t.*  
*C. de Off. Comit. Sacr. Patrim.* Comes Domesticorum, *l. 6. C. de Advocat.*  
*divers. judic.* Comes Sacrae Vestis, *l. un. Cod. Theodos. qui à prabit. Tyron.*  
6 &c. Alii per Provincias erant constituti, ut Comes Orientis, *l. 3. C. de*  
*Advocat. divers. jud. t. t. C. de Off. Comit. Orient.* Comes Illyricus, Hispani-  
arum &c. *de quibus Brissonium de V. S. ad vocem COMES, vide.*
- 7 Modernis temporibus, ut ad praefixum demum perveniam scopum,  
Comes rectè à Comitatus dignitate dicitur, *Arum. Discurs. Academ. de*  
*jur Publ. 15. n. 221. Abasver. Fritsch. in man. jurispr. Publ. lit. C. n. 15.*
- 8 DICUNTUR itaque ILLI COMITES, QUIBUS DIGNITAS COMITATUS, CODICILLIS  
CAESAREIS, VEL USU LONGÆVO, CONCESSA EST, *Paurmeist. de jurisd. imp.*  
*Rom. lib. 2. c. 11. n. 13. qui Tholosanum Syntag. jur. univers. lib. 6. cap. 8. Sigo-*  
9 *nium de Regno Italiae l. 7. probat hanc definitionem, allegavit.* Ad Comitatus si-  
quidem dignitatem adipiscendam, praecise non requiritur, ut quis de tali terra  
sit investitus, quæ Comitatus nomine venit; sed sufficit, quod tempore im-  
memoriali, illud ius acquisierit, cum praescriptio tanti temporis, cujus prin-  
cipii nulla extat memoria, vim taciti privilegii mereatur; & non expressio  
tantum, sed & tacito quoque privilegio Nobilitas conferatur, ut *Paurmei-*  
*sterus all. loc. per Bartolum in l. 1. C. de dignitat. per l. 32. ff. de LL. probat.*
- 10 Nec Ultragenitis in imperio Romano Germanico, etiamsi nullam, vel mi-  
nimam partem de Comitatu adepti fuerint, titulus Comitis est denegandus.  
retinent enim totius Regionis titulum, *Rosenthal. de Feud. c. 8. concl. 56. n.*  
*16. & privilegii primæ instantiæ gaudent, Nicol. Myler. ab Ehrenbach l. de*  
*Princip. Imp. p. 1. c. 12. n. 8. nec non Sacris imperii Constitutionibus utuntur,*  
*fruuntur, idem probavit per Knichen de jur. territor. c. 1. n. 22. Rittersb.*  
11 *de Homag. n. 85.* Plurimum quippe in Germania generi atque sanguini tri-  
buitur;

buitur; Secus in Anglia ac Gallia, ubi ex territorio magis, quam ex sanguine Principes ac Comites se nominant, cum tamen alias in titulis, etiam ab uno prædiolo vel domuncula, sumendis, satis vari atque leves sint, *Mindan. de Processib. lib. 1. cap. 19. th. 11. n. 23.*

Germanicè Comes dicitur ein Grase/ & uti vox latina est ambigua, 12  
ita non semper denotat einen Grafen/ sed & einen Gesehrten. Verum, 13  
hanc posteriorem significationem, omitto, & ad prioris derivationem me  
paucis converto. VULTEJUS eam deducit à GRAVITATE, quâ alios olim 14  
superare videbantur, *c. 4. n. 14.* HEIGIUS à vernaculâ voce graben vel 15  
grafen/ i. e. à fodiendo sive fossis *lib. 1. quest. 2.* dictam esse vult, quasi  
Comites essent limitibus præpositi, seu quod illorum territorium fossis cir-  
cumdatum; videatur contradicens Lymnæus, *de I. P. lib. 4. c. 4. n. 14.* A- 16  
LI à Celtica voce gaerhaeff/ quod Exactorem tributorum & Percepto-  
rem Collectarum denotare docet, *Besold. in all. dissert. de Comit. n. 3.* de  
rivant. ALII mutatam esse initialem literam R. vocis Krafft in G. pu- 17  
tant, Graf quasi Krafft/ i. e. Potentiam quam habent, *Kirchn. de Republ.*  
*Disput. 8. §. 1. Lit. D.* ALII (ut multorum ridiculas derivationes, de qui- 18  
bus vide *Becan. lib. 2. Antiquit. Antwerp. pag. 148. Limn. all. 1. Besold. in*  
*Thesaur. Pract.*) à nostro verbo Graven/ i. e. Canitie, nomen illud esse  
contendunt, quod Grafen sint quasi Cani, Seniores sive Senatores, quod  
approbare videtur *Limn. all. 1.* Nam etsi iudices atque Senatores, uti Co- 19  
mites antiquis temporibus revera fuere, non ætate sint Cani, sufficit tamen  
quod moribus ac prudentiâ tales esse censeantur. Aventinus in Nomen- 20  
clatura, Annalibus suis Bojorum præfixa, reddit vocem GRAPH sive GRA-  
PHUS, Præfectum, quod derivationi huic non contrariatur; nam Graviones  
Provinciis illis, quibus erant præpositi, jus dicebant, *Schönborn. lib. 5. poli-*  
*tic. c. 40.* & sic Comites erant Præfecti; Erant quoque iudices. Unde 21  
appellationes istæ in Sacro Romano imperio, receptæ sunt, Holz-Grase/  
qui sylvis Præfectus; Dyck-Grasen/ qui aggeres curant; Cent-Grasen/  
qui vices Landgravii vel alterius Comitis sustinent, *Besold. dissert. all. n. 7.*  
hic allegavit *Beatum Rhenanum l. 2. Rerum Germ.* Regiones per cente-  
nas, agentem, distinctæ fuerunt, unde Centenarii nomen, *Vid. Speidel. verb.*  
Graffschaft.

Antequam jam ad Derivationem, ac Significationem vocis juris, ve- 22  
niam, paucula de Origine modernorum Comitum in Genere proponere, è  
re esse mihi videtur.

23 Certum est, ab initio Comitum nomina tantum fuisse Officiorum,  
mauneris & Administrationis, Myler. ab Ehrenbach de Princip. imp. part.  
24 1. c. 9. n. 9. Distincta enim erat Germania in pagos, singulisque pagis Co-  
mites præerant, qui Caroli Magni ætate ac successorum ejus, ad Principis  
nutum poterant removeri, Besold. Thesaur. Practic. lit. G. n. 81. in addit.  
& quidem ex lib. 5. Aymonj c. 1. Cardinal. Cusan. de Concord. lib. 3. c. 28.  
uti hodiè Turcarum Bassæ & Beglerbegi, nec non Polonorum & Lithuano-  
25 rum Palatini & Castellani, vid. Myler. ab Ehrenbach all. loc. Et hoc du-  
ravit usque ad tempora Conradi I. nec non Henrici I. sub quibus Comitum  
potestas, temporalis & ministra quæ erat, omninò mutata, partim vi, par-  
tim emptione, partim profusa Regum liberalitate, ita (verba sunt Conringii)  
ut Provinciis jam præsent Duces & Comites, non ut Governatores, sed pe-  
nè ut Reges, collatis in eos juribus, quæ solius olim imperii erant atque  
imperatoris, de Republ. Exercit. 4. th. 22.

26 JURIS vocabulum πολυσεμον est, ut patet ex l. ult. & penult. ff. de ju-  
27 stit. & jur. Denotat enim modò ARTEM l. 1. ff. de I. & I. & eatenus divi-  
ditur in Civile seu imperatorium, & Canonicum seu Pontificium, descendit-  
28 que à justitia, ex sententia Celsi, per d. l. 1. Modò PRÆCEPTUM, r. r. instit.  
de justit. & jur. indigitat, & primitivum est. Alias significationes tacitus  
29 ut præteream; Hic denotat POTESTATEM, olim per Legem Regiam in Prin-  
cipem à populo abdicativè translata, §. 6. instit. de I. N. G. & C. l. 1. in  
princ. ff. de Constit. Princip. l. 1. §. 7. C. de Vet. jur. Enucl. Schnob. ad ff. Di-  
30 sput. 1. th. 25. Et nomine Regalium, jurium imperii, jurium Majestatis ve-  
31 nit, Arniseus de jurib. Majest. lib. 2. c. 1. n. 2. Quæ, etsi soli Principi cum  
Majestate olim concessa; attamen postquam Principes ad Status in Con-  
sortium imperii admissi, jura habent unà cum imperatore, tanquam Opti-  
mates, cum hâc tamen distinctione, ut imperator illa habeat jure propriò,  
12 Status verò jure alienò, & quidem ex Communicatione imperatoris. In-  
terim Communicatio hæc, adeò decorè dispensata est, ut semper salva &  
intacta maneat superioritas omnimoda & Reservata imperatoris, ohne  
Schmählerung der Kaiserlichen Hoheit und Reservaten / R. I. de  
Anno 1576. §. Dardurch Myler ab Ehrenbach / de Princip. imp. part. 1. c.  
15. n. 16.

CAP.



## CAP. II.

De

### Comitum Divisione.

**H**Actenus de COMITUM & JURIS DERIVATIONE, DEFINITIONE ac O- 1  
RIGINE eâ, qua potui, brevitate, egi, jam Ordo me ad illorum Divi-  
SIONEM vocat.

Sit itaque Prima Divisio, quod quidam Comitum simplici voce Gra- 2  
fen insignes sint, Quidam verò cum additamento, v. g. Pfalzgrafen/  
Landgrafen/ Marckgrafen &c. *Paurmeist. lib. 2. c. 11. de jurisd. n.*  
20. & 21.

Pfalzgrafen/ olim Pallenzgrafen/ Comites Sacri Palatii, seu Pala- 3  
tini *Conring. de Republ. Exercit. 4. th. 17.* à Palatio dicuntur imperatoris  
*Limn. de I. P. l. 4. c. 4. n. 28.* Nam imperatores Romano Germanici, non  
in uno Germaniæ loco, sed in multis Provinciis & Urbibus, sua Palatia  
habebant, *Arum. discurs. Academ. de I. P. 14. n. 216.* in quibus Comites Pa-  
latini jus dicebant; Inter quos tamen, teste *Fritschio*, eminuit is, qui ad 4  
Rhenum fuit, *d. tract. Lit. C. n. 16.* Hodie verò dicitur is Comes Palati- 5  
nus, qui de Palatinatu i. e. certâ Provinciâ, nomine Palatinatus veniente,  
cum Regali dignitate est investitus, *Fritsch. all. l. Marquard. Freber. l. 1. c. 1.*  
*& 15. circa finem, de Origin. Comit. Palat.* Et quidem circa Comitem Pa- 6  
latinum Rheni, particularia quædam jura, hîc prætereunda non esse puto,  
cum in sequentibus capitibus, non huic vel illi Comiti quæ specialiter Com-  
petunt, sed omnibus Communia, proponam. Primum itaque est, quod vacan- 7  
te imperio Romano, Comiti Palatino, nec non Electori Saxoniae incumbat,  
ut vices imperatoris Romani in omnibus & per omnia sustineant, *Aur. Bull.*  
*tit. 5. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 5. n. 49.* Sic legimus, Anno 1401. ab 8  
obitu Maximiliani I. usque ad Caroli V. electionem, imperii vicariatum  
gessisse Ludovicum. Sic quoque Rudolphum II. Palatinum, socerum 9  
Caroli IV. Imperatoris, per totam Germaniam vicarium fuisse, *vid. Limn.*  
*de jur. Publ. l. 3. c. 12. n. 37. & 38.* Secundum est, quod Comes Palatinus 10  
sit index, coram quo Imperator conveniri potest. Quamvis enim Impera- 11  
tor de jure Communi, judicem neminem nisi Deum agnoscat, sibi que ipsi  
in propria causa jus dicere possit *arg. l. 29. l. 41. ff. de Hered. instit. §. fin. instit.*  
*quibus m. test. infir.* Moribus tamen Imperii introductum, & Auræ Bulla 12  
Caroli

- Caroli IV. confirmatum, ut Comes Palatinus Rheni, super causas, quibus Imperator impetitus fuit, iudicaret, ne contraria pars haberet, quod metueret, imò, ne Plautia occœcatus, sæpius in iniquissima quoque causa pro se sententiam ferret, *Aur. Bull. c. 5. §. fin. Marquard. Freher. de Origin. Palat. l. 5. c. 15. Schönborn. l. 5. Polit. c. 34. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. Class. 2. c. 1. n. 214.* Hoc tamen, propter observantiam Majestatis, non alibi quàm in
- 13 Palatio, i. e. Aula Imperatoris, exercere potest, *Aur. Bull. d. l. plura privilegia Comitibus palatinis concessa vid. ap. Linn, de I. P. l. 3. c. 9. n. 80. & seqq.*
- 14 Præter illos Status imperii, qui nomine Comitum Palatinorum veniunt, reperiuntur & alii, qui eodem nomine gaudent; attamen, non sunt Status imperii, nec de Palatinatu investiti, Germanicè *Reichs-Hoff-Brasfen* / fortean ita dicti, quia de potestate palatii participant, dum Doctores,
- 15 Licentiatos, Magistros, Baccalaureos creare possunt. Illos Bullatos nominare solemus, ad differentiam illorum, qui à Facultate certa, præviò rigorosò examine, ac habità Disputatione, in numerum honoratorum recipiuntur. Quid de illis Bullatis sit sentiendum, Matthias Stephani satis luculenter docet, nimirum, illos frui debere iisdem privilegiis, quibus gaudent Doctores in Universitatibus Privilegiatis promoti, imò per *Pacianum lib. 2. de Probat. c. 41. n. 10.* contendit, digniores Bullatos esse in Academia promotis, *vid. tract. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 6. membr. 1. à n. 74. usque ad finem fere*
- 16 *ejusd. cap.* Verum, Magni hujus viri sententiam approbare in totum non possum, præprimis, cum talem Comitivam sæpiùs accipiant Doctores Medicinæ, Qui, quâ ratione Doctorandos Juris vel alterius facultatis examinare possint, non video; ipsimet enim jurium sunt expertes, malè igitur illos examinabunt id, quod ipsi ignorant; Examinatio tamen super scientia de necessitate requiritur, *Menoch. Cons. 126. n. 18. Rutger. Ruland. in tract. de*
- 17 *Commiss. & Commiss. p. 1. c. 14. n. 8.* Nec video, cur digniores esse debeant Bullati ipsis ritè solenniterq; promotis, cum Facultates in privilegiatis Academiis eandem, dicerem majorem, habeant potestatem ipsis ita abusivè dictis Comitibus Palatinis. Porrò legitimare possunt spurios & naturales liberos, excipe filios Sacerdotis, *Barbatia Consil. 58. quem all. Matth. Stephan. all. l. n. 65.* Creare Notarios, & Tabelliones quoq; possunt, imò aliquando laurò donare vel coronare Poëtas, *vid. Matth. Stephan. all. l. Fritsch. all. tract. lit. C. n. 16. in*
- 18 *fin. Mundius de privil. Comit. Palat.* Sed, ut antea dixi, hi improprie & abusivè

abusive Comites dicuntur, cum Regali dignitate destituantur, *Chaffan. in tract. de Gloria Mandi, n. 50. Sixtin. de Regalib. l. 1. c. 1. Arum. all. loc. Cathalogum verorum Comitum Palatinorum qui cupit, consulat Nolden. de Nobilitat. c. 8. n. 156. quem secutus Limn. de Jur. Publ. l. 4. c. 4. n. 37.*

Landgravii olim erant Comites Provinciarum Mediterranearum, ad Marckgraviorum seu Marchionum differentiam, *Arum. I. P. discurs. 10. n. 17.* ita dicti. HODIE VERÒ SUNT PRINCIPES, QUI DE CERTO ALIQUO PRINCIPATU IMPERII, DIGNITATEM LANDGRAVIATUS HABENTE, AB IMPERIO AC IMPERATORE, INVESTITI SUNT, *Fritsch. all. tract. Lit. L. n. 1.* Illorum quatuor familiae in Germania praeter ceteris Illustres habentur, Thuringiae, Alsatiae, Hassiae & Leuchtenbergensis, *Matth. Stephan. de Jurisdic. l. 2. p. 1. c. 4. n. 11.* Addit Limnaeus Landgravium Franconiae ex Goldasto, Susenbergiarum & Nellenburgensium, *all. loc.* Non verò hic titulus tantum tribuitur illis, qui Comitibus sunt superiores, sed & illis inferioribus, ut patet ex titulo Illustrissimorum Comitum à Fürstenberg / in Subscriptionibus Decretorum Imperii, von wegen Joachim Graffen von Fürstenberg / Heiligenberg / und Werdenburg / Land-Graffen in Bahr. Comitum a Sulz / Ludewicus Comes in Sulz / Land-Gravius in Kloggarw. Sic Lupsius Comes, Land-Gravius Stulingiae, *Paurmeist. de Jurisdic. l. 2. c. 9. n. 4. in fin. Fritsch. all. loc.* Plura qui appetit, Legat *Besold. dissert. de Comit. Petr. d' Andlo, de Rom. Imp. l. 2. c. 12. Henning. Arniseum, de Jur. Majest. l. 2. c. 4. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. Class. 4. c. 13. n. 12. Synold. Volum. 1. disput. 8. tb. 6. Lit. E. Conring. de Civib. Imp. Heigium Illustr. quest. 2. n. 55. p. 1.*

MARCHIONES, juxta Communem Dd. Sententiam, nomen suum habent à Germanica voce *Marck* / quod limitem significat; hanc Odofred. in Summa sua, qui possunt in feud. succed. putat, Marchionem appellari de Jure Romano Liminarcham seu Principem Limitis, per *l. 4. ff. de fugitiv. l. 38. C. de Liberal. Caus.* Erant enim olim Limitum defensores; Ita Marchio Misnensis, erat praepositus limitibus contra Bohemos &c. Brandenburgensis, contra Henetos; Lusatae, contra Polonos & Silesios; Schleswicensis, contra Danos, &c. Alii aliunde derivationem, sed perperam, faciunt, *Matth. Stephan. d. tr. l. 2. p. 1. c. 6. à n. 90. usque ad n. 98.* ubi demum sententiam nostram, satis doctè confirmat. Hodie, licet

B

Marchio-

Marchiones Limitum defensores amplius non sint, nomen tamen iis adhuc ex consuetudine integrum remansit, & dicitur hodie MARCHIO, QUI DE MARCHIA, I. E. PRINCIPATU, DIGNITATEM MARCHIONATUS HABENTE, AB IMPERATORE EST INVESTITUS, *Fritsch. all. tract. Lit. M. n. 3.* Catalogum vide sis apud *Limn. d. l. n. 24.*

31 Paucula quoque apponenda sunt de Burggraviis, quos si Castellanos appellem, non errabo: Germanicum enim illud *Burg*/castrum vel arcem denotat, *Wehner. in observ. pract. verb. BURG*/quia imperatores solebant arcibus suis praeficere Judices, qui Burggravii dicebantur. Quatuor vero regulariter olim numerabantur, Magdeburgensis, Noribergensis, Reneccensis, Strombergensis, vel, ut alii malunt, Monburgensis, & magna illorum fuit auctoritas, adeo, ut in Civilibus, Marchionibus jus dicere potuerint, *Specul. Saxon. lib. 3. artic. 52.* Hodie plures dicuntur Burggravii, quibus arcis alicujus custodia commissa est, *Petr. d' Andlo de Rom. Imp. l. 6. c. 12.*

34 Comitum simpliciter ita dictorum, nonnulli sunt Comites Imperii, *Reichs-Grassen*/ qui Immediate ab Imperatore de Comitatu sunt investiti, & horum (2) ALII in scamnum Principum sunt eveci, qui Germanice dicuntur, *Gefürstete oder Fürsten-Mäßige Grassen*/ *R. L. de Anno 1495. tit. Wie Chur- Fürsten / Fürsten und Fürstenmäßige*  
36 *Ordinat. Cam. de Anno 1500. tit. Wie Bürger und Bauren gegen Fürsten und Fürstenmäßige* &c. hoc verbum in Constitutionibus Imperii si omittitur, sub voce *Fürsten*/ Comites hi continentur, *Cluten. Syllog. rer. quotid. th. 26. lit. H.* Horum magnum adduxit numerum *Limneus de I. P. l. 4. c. 4. n. 92.* Quibus nuperrime quoque *Illustrissimus Dominus GEORGIUS FRIDERICUS Comes Waldeccensis, Pyrmontanus & Culenburgensis &c. Dominus meus longè Clementissimus, à Potentissimo LEOPOLDO, moderno Romanorum Imperatore laudatissimo* propter merita illustria, ac res benè ac strenuè pro Patria gestas, est quàm dignissimè adscriptus. ALII vero in scamnum Principum nondum sunt recepti, *Die nicht Gefürstete Grassen sein.* Nonnulli quidem Imperio immediate subsunt, & solum Caesarem vel Cameram Judices habent, Comitatus tamen à Principibus Inferioribus, in feudum acceperunt, eorumque respectu bonorum, sunt Vasalli. Hæc tamen feudi recognitio, illorum Statum ac dignitatem non minuit, sed iisdem Juribus, quibus alii Imperii Comites

Comites in territorio ab Imperio immediatè accepto, gaudent, *Rutger. Ru-*  
*land. de Commiss. & Commiss. l. 5. p. 1. c. 3. n. 28.* Licet respectu illarum terrarū,  
quæ ab Inferiore Principe in feudum acceperunt, non possint imperii  
Comites appellari, *Consil. Tubingens. p. 4. Consil. 195. quæst. 5.* Ne hoc 41  
novum est in Imperio Romano Germanico, ut quis duplicem personam  
sustineat, Imperialem & Provincialem. Insigne hujus sententiæ exem- 42  
plum habemus in Comitibus Ortenburgensibus. Hi bona habent sub  
Imperio, habent quoque quædam sub Electoratu Bavariæ *vid. Acta Or-*  
*tenburg. contra Bayern.* Idem dicitur de Comitibus Tubingensibus 43  
*in Recess. de Anno 1548. §. 71. auch der Grafen von Tübingen halber &c.*  
Sic Reingravii, respectu Comitatus Salmensis, dicuntur Landsassii Lotha- 44  
ringici, quamvis respectu feudorum Imperialium, ut Wildæ, Dam- und  
Kirchberg; Rhenique zu Stein- und Biernberg/ Comites Immediatè  
Imperio subjecti sint, *Limn. l. 4. c. 4. n. 93.* NONNULLI simpliciter tam 45  
quoad personam, quam quoad bona quæ possident, Inferioribus Princi-  
pibus subjecti sunt, & dicuntur Landsassii. Hi Immediati Cives Imperii 46  
non sunt, sed mediati, respectu illorum, quibus subsunt, *Fritsch. all. tract.*  
*Lit. C. n. 15.* Nihilque interest, num nunquam in Imperii matriculam  
sunt recepti, num verò aliquando recepti, deinde tamen ab aliis Princi-  
pibus exempti, Germanicè *aufgezogen/ Limn. de I. P. l. 4. c. 4. n. 94.* NON- 47  
NULLI denique simplici ac nudò Comitatus titulò gaudent, qui propterea,  
quod non habeant Comitatus, nec sessionem, nec vota in Comitibus, à  
Dd. solent appellari, Codicillares, Titulares, de eorum conditione loqui-  
tur *R. I. de Anno 1548. §. 66. wie wol auch &c.*

Consultationes Tubingenses (3.) rectè distinguunt Comites in Ve- 48  
teres & in Principum scamna receptos. Verum, quod illi hisce dignio-  
res sint, mihi persuadere non possum, cum Principum dignitas hodiè ma-  
ior sit quam Comitum, *all. Consil. quæst. 4.* Goldastus *in tom. un. Con-*  
*stit. Imp. p. 37.* quem secutus *Limnæus de I. P. l. 1. c. 7. n. 48.* *Petr. d. Andlo* 49  
*l. 1. c. 16. de Rom. Imp.* dividit (4) Comites, ut & reliquos Status Imperii in  
Quaterniones. De illa verò divisione *Conringius, Vir in publicis egre-* 50  
*gius Exercit. Acad. 4. th. 40. & 41.* docet, otiorum quod hominum sit  
commentum & ad anilia referendum somnia. nec non *lib. 2. de Finib.*  
*Imp. Germ. cap. 29. th. 20.* dicit: fabulam esse, & pictoris alicujus aut Poëtæ  
otiosi, inane commentum; Cui & ego lubens subscriberem, nisi *R. I. de* 51  
*Anno*

Anno 1567. §. Darauß wie nach Ausweisung &c. de Comitibus Schwartzburgensibus divisionem hanc aliquatenus probaret.

## CAP. III.

De

### Comitum Dignitate.

**P**Aucula jam de Comitum dignitate pertractabo; Hæc verò consistit in eo, quod (I.) sint Status Imperii, vulgò Stände des Reichs. Eingeleibte Glieder der Kaiserlichen Majestät R. I. de Anno 1541. in pr. Item Glieder des Reichs R. I. de Anno 1546. §. Dieweil aber/ circa fin. & de Anno 1527. §. und für der &c. & de Anno 1530. §. weiter. Item Christliche Glieder des Reichs/ R. I. de Anno 1542. §. und  
2 wiewoll/ &c. Non erraveris quoque, si Status Capita Imperii appelles per R. I. de Anno 1524. §. weiter. Ibi, und zuvor im heiligen Reiche und fürnemlich zwischen den Christlichen Häuptern zu machen/ si modo distinctionem admittes, inter capita & summum caput, quod Imperator est, R. I. de Anno 1566. §. und nachdem auch weniger circ. fin. ibi: Wie wir dann als Römischer Kayser/ und das Oberhaupt im heiligen Römischen Reiche. &c. Quæ verò Status Imperii sit dignitas, exinde patescere videtur, (α) quod imperator illis conjunctim sumptis, imperare non possit, hoc enim si ageret, sibi ipsi, cum etiam sub illa universitate comprehendatur, imperaret, quod nemo potest, l. 13. §. 4. ff. ad SCtum Trebell. Licet unicuique ex Statibus nullò exceptò, Imperare  
4 possit, Gastel. de I. P. c. 7. n. 41. ferè in fin. (β) quod de Commodo Imperii, Status unà cum Imperatore deliberent, adeò, ut solus Imperator multa non possit decernere, sine Statuum consensu; Status verò multa possit, sine consensu Imperatoris, Instrum. Pac. art. 8. §. gaudeant &c. cui addas  
6 Capitulat. LEOPOLDI IMPERATORIS NOSTRI GLORIOSISSIMI, artic. 11. Ex hisce patet, aliorum Regnorum Status & Senatores, minimè cum nostri Imperii Statibus dignitate comparari posse; horum enim conditio non consistit in nudis consulendi Terminis, sed insuper liberam suffragandi & cum Imperatore statuendi, legesque Universales in Imperio Romano Germanico ferendi, potestatem habent; unde in Recess. Imp. hæc  
7 verba sapius conjunguntur, mit Rath und Bewilligung &c. Gastel. all.  
los.

*loc. cit. 7.* Jam probationē non indiget, quod Comites Imperii, sint quo- 8  
que Status Imperii, tūm quia nomina illorum in matricula Imperii extent,  
*R. I. de Anno 1548. §. nachdem auch etlichen 76. Wehner. in Observ. pract.*  
*verb. Matricula;* tūm etiam, quia sessionem ac votum in Comitibus Impe-  
rialibus habeant, *Arum. de Comit. c. 4. n. 1.* **Waldeckische Ehrenretz** 9  
**tung p. 1. c. 3. art. 3.** Olim quidem duo tantū habebant vota, Svevi-  
cum & Wetteravicum, *Wehner. Observ. pract. verb. Graffschafft;* quo- 10  
niam verò in Comitibus Ratisbonensibus *Anno 1641.* Franconici (quod  
patet ex decreto Casareo, quod exstat apud *Limn. Tom. 5. f. P. in addit.*  
*ad lib. 9. c. 1. n. 143.*) & in Comitibus *Anno 1654.* Westphalici sunt admissi; 11  
quatuor hodiè Comitum imperii vota sunt, puta **der Wetterauischen /**  
**Schwäbischen / Fränckischen / und Westphälischen Bäncke / Con-**  
**ring. Exercit. Acad. 9. tb. 50.** Hæc autem scamna, universum Comi- 12  
tum numerum representant, *Arum. l. 3. discurs. 12. n. 18.*

(II.) Est quo in dignitas Comitum consistit, ut quoque ad summum  
illud Romani Imperii fastigium, Electorum votis, evehi possint; quis enim 13  
nescit, ex Comitum ordine, clavo Reipubl. Romanæ aliquos fuisse admo-  
tos, eosque sibi commissum Imperium ex fide administrasse? Ex multis 14  
unicum piæ memoriæ Rudolphum Habsburgensem adducam, Otto-  
carum Bohemiæ Regem in acie victum, Anno 1278. occidentem, & ejus-  
dem seculi Anno 86. Helvetios sibi subjugentem, *Tabula Chronolog.*  
*Helmstad. Ann. allegat.* Aliæ quoque Gentes, tanti æstimarunt Comi- 15  
tum Imperii ordinem, ut sibi ex illo Reges eligerent, uti Dani ex Comiti-  
bus Oldenburgensibus CHRISTIANUM PRIMUM à quo modernus CHRISTI- 16  
ANUS, nomine QUINTUS, POTENTISSIMUS SUCCESSOR, descendit. (III) digni- 17  
tatem Comitum etiam probat, quod in literis ad suos subditos non solum  
datis, sed & Confirmatoriis, & in subscriptionibus Recessuum, ut patet  
**aus der Handhabung des Land = Friedens / Anno 1495. auffgericht /**  
**scribant: NOS DEI GRATIA, Wir von Gottes Gnaden /** ut ostendant, 18  
se de summa dignitate & participare, & sua territoria, non ex mera Im-  
peratoris gratia, sed Majorum virtute acquisita, tenere, tantumque in illis  
posse, imò plus, quam Imperator in Imperio, *vid. Examen Juris I. Beati*  
*Redekeri Professoris quondam hic Famigratissimi, quest. 32. § 33.* (IV) 19  
Dignitati annumerandum esse puto, quod ratione Ordinis, Sessionis &  
Præcedentiæ, Barones antecedant, *Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. n. 38.* Daniel  
Otto,

20 *Otto, de I. P. e. 18.* Possem quoque Dignitatem Comitum hinc Juribus,  
illis competentibus, probare; Verum cum mihi animus, in sequentibus  
21 capitibus nonnulla illorum proponere, hoc finio, dicens; quod Comi-  
tem esse, sit dignitas personæ congenita ei que adhærens, *Frider. de Process.*  
22 *l. 1. c. 19. n. 11. Andr. Knichen de Jur. territor. e. 1, n. 221.* Splendorque Pro-  
vinciæ ex possessionis dignitate, non dignitas hominis ex provincia oria-  
tur *Matth. Stephan. l. 2. de Jurisd. p. 1. c. 6. n. 31.*

## CAP. IV.

De

### Juribus Comitum.

1 **D**ignitas Comitum porrò lucefcit egregiè ex ipsis, de quibus fibi  
gratulantur, Juribus; cum exerceant summa atque sublimia Ma-  
2 jestatis Jura. (1.) habent jus Sacrorum, i. e. liberum exercitium Re-  
ligionis. Nam Statibus immediatis, cum jure territorii & superioritatis ex  
communi, per totum imperium hætenus usitata praxi, etiam jus refor-  
mandi exercitium Religionis, competit, uti probat *Instrum. Pac. Osnabr.*  
3 *art. 5. n. 12. R. I. de Anno 1555. §. und damit solcher Friede &c.* Hinc  
Mauritius Landgravius Hassiæ, dicere solitus: *Die Freiheit in Religio-*  
4 *ns Sachen sey der Stände höchstes Regal.* At cum hæc mutatio  
absque actibus Ecclesiasticis fieri nequeat, ea propter Comites in suis Co-  
mitatibus Consistoria, Ministrorum verbi divini Ordinationes, Confirma-  
tiones, Inspectiones, visitationes, &c. Instituire & ordinare possunt,  
dummodo dicti actus per personas Ecclesiasticas expediantur, nomine &  
auctoritate Comitum, ne turpis munerum inde confusio oriatur, *c. quod*  
5 *quidem l. q. 1. Matth. Stephan. de Jurisd. l. 3. c. 3. p. 1. n. 16. Keinking. l. 1.*  
6 *class. 5. c. 4. n. 58.* (2.) Jus famæ restituendi, quod olim erat de Reser-  
vatis Imperatorum *l. 10. §. t. t. C. de Sentent. pass. §. Rest. l. 1. in fin. ff. de*  
7 *qvæst. adeò, ut Præses provinciæ semel damnatum non potuerit restitue-*  
8 *re, d. l. 1.* Status verò Imperii, hoc Jus ex Concessione universali habent,  
*R. I. de Anno 1523. §. und wiewoll der gemeine Mann 6.* Damnato au-  
tem per sententiam capitalem, à Statu Imperii restitutum, eo ipso in pristinum,  
quoad honorem & bona, recollocatur statum, *arg. l. 1. C. de sentent. pass.*  
8 (3.) Jus remittendi poenas capitales, nam ex eodem principio, ex quo Jus  
famæ



famæ restituendi Status Imperii habent, ex eodem quoque habent Jus remittendi poenas capitales; præprimis cum illis merum Imperium sit Indultum, *l. 10. Et t. t. C. de sentent. pass. Et rest. l. 4. in fin. l. 9. §. 11. in fin. l. 27. l. 31. ff. de penis.* Qui textus, licet de summo Principe tantum loqui videantur; attamen nihil impedit, quominus hodiè idem de Statibus Imperii, & per consequens de Comitibus affirmant, *Rol. à Vall. Consil. 4. n. 4. Schönborn. lib. 5. c. 24.* Est tamen advertendum, quod Principes, Comites, & reliqui Status Imperii, non facile remittant poenas. Nam etsi proni ad lenitatem & clementiam esse debeant, tamen semper bonum publicum, Jus læsæ partis & Justitiæ præscriptum, observare tenentur, *Martyr. ad cap. 20. lib. 1. Reg. fol. 168.* Nimia enim lenitas, libidinem effrenatæ Juventutis accendit, ansamque peccandi præbet *c. ut Clericorum. X. de vit. Et honest. Cleric.* Hinc Jacobus I. Magnæ Britanniae Rex, cum pro homicida, cui semel veniam dederat, alterâ vice, propter delictum quidam Intimorum remissionem impetrare laboraret, exclamavit: Ille secundâ vice homicidium non perpetravit, sed ego; Nam si ipsi poenam primâ vice non remissem, hoc delictum perpetrare non potuisset. (4.) Habent Jus Salvi Conductus, *Geleid zu Außführung gerühinter Unschuld / Menoch. de A. I. Q. Q. lib. 2. cent. 4. c. 336.* Quæ hujus Juris sit eminentia, probat Carolus V. Imperator, qui cum Senatui Mediolanensi potestatem ferè Regiam concesserit, Jus Securitatis singulariter excepit, *Bodin. l. 1. de Republ. c. 4. n. 81.* Et Petrus de Gregor. in tract. de Concess. feud. q. 2. n. 24. p. 7. negat hoc jus Comitibus in Regno Siciliae competere. Qui verò salvum conductum eundi impetravit, ille censetur etiam illam habere ad redeundum, *Matth. Stephan. l. 2. p. 1. c. 7. n. 430.* Sed de hac quæstione, præter all. legendi quoque sunt *Dihosenthal. de feud. c. 5. Schurf. Consil. 2. n. 10. Sixtin. de Regal. c. 2. n. 35. lib. 2. Boer. decis. 179. n. 1. Knichen. de Jur. territor. c. 3. n. 281.* (5.) Jus Concedendi Literas Moratorias seu Induciarum, *Anstands Brieß se zugeben / Reformat. Politic. zu Augspurg / de Anno 1548. tit. Von verdorbenen Kauffleuten / Gail. Observ. 46. n. 16. Matth. Stephan. d. l. n. 389.* (6.) Jus Judæos recipiendi, *Reformat. Polit. de Anno 1548. tit. Von Juden und ihrem Bucher / Buxtorf. ad Aur. Bull. Concl. 90.* (7.) Jus pervias publicas sui territorii euntes conducendi, vulgò die glädliche Obrigkeit / einen auff freyer Kayserlichen Heer- und Reichs- Straßen geleiten / *R. I. de Anno 1548. §. ferner zu noch mehrer &c.* (8.) Jus tributorum

tributorum ac Vectigalium. Cum enim hodiè viæ publicæ sint domini ter-  
ritorii universalis, *arg. l. 3. Ne quis in loc. publ. unde & Commodum,*  
quod consistit in teloniis & vectigalibus præstandis, ad illos ex concessio-  
ne Imperatoris, spectat, *Matth. Stephan. all. l. n. 399. Sixtin. de Regal. c.*  
21 *6. Libenth. Coll. polit. exercit. ult. §. 36. & 37. (9.) Jus Cudendi Mone-*  
*tam R. I. de Anno 1524. §. dergleichen hat die Münze de Anno 1551. §. So*  
haben wir uns auch &c. *de Anno 1570. §. alsdan auch die Münz-Ges-*  
22 *rechtigkeit &c. de Anno 1559. §. wäre es auch Sache &c. Quibus locis*  
patet, quod jus Monetandi Statibus non competat vigore Jurisdictionis  
23 territorialis, sed ex singulari Imperatorum gratia ac indulgentia. (10.)  
Est jus Belli & Pacis, *R. I. de Anno 1555. §. Nachdem aber &c. O. C. part.*  
24 *2. tit. 9. §. und ob sichs zutrüge &c. Modo si Principes semper justam*  
belli observarent causam *R. I. de Anno 1541. §. und damit. Instrum. Pac.*  
25 *artic. 8. §. gaudeant. Fritsch. all. tract. Lit. B. n. 3. Nec arma contra*  
Imperium ipsum moverent. Quid verò de facto fiat, omnium oculis  
26 expositum. (11.) Uti jus belligerandi, ita & foedus pangendi habent,  
tam inter se, quam cum exteris, modo non sit contra Imperium; *Instrum.*  
*Pac. artic. 8. §. gaudeant. (12.) Minus solennes nundinas rectè instituunt.*  
27 Nam solennes, Majores & Celebriores, freye offene Messen/ solus Im-  
perator concedere potest, & ipsius Reservatis annumerantur, *l. 1. ff. de*  
*Nundin. l. un. C. cod. R. I. de Anno 1530. & 1566. vid. Fritsch. all. tract. Lit.*  
28 *N. n. 2. (13.) Leges provinciales ac Statuta, Lands-Rechte / Lands-*  
*Ordnungen/ efficaciter condunt, adeò ut confirmatione aut consensu*  
29 Imperatoris non indigeant; Quare potestas illorum major est, quam o-  
lim Præsidas provinciarum, qui nihil contra jus statuere poterant, quia  
Statibus Imperii jus Territoriale, cui Jurisdictio annexa, privativè concessu,  
30 *Boecl. Notit. Imp. l. 5. c. 2. Tantumque possunt, imò plus in suis territoriis,*  
31 quam Imperator in toto Imperio, *Meyer. de Advoc. arm. c. 6. n. 24. (14.)*  
32 Altâ & Bassâ Jurisdictione in suis Comitibus gaudent. Possunt enim  
de omnibus causis cognoscere & quidem propria auctoritate, *Reinking. cl.*  
33 *4. c. 6. n. 21. Schonborn. l. 2. Polit. c. 23. (15.) Habent Jurisdictionem Fo-*  
resticam, sive Forestalem, die Forstliche Obrigkeit; Hanc constituunt  
34 bannum ferinum die Wild-Bahne/ & jus foresti, das Forst-Recht.  
Nam, qui horum unum tantum possidet, possidere jurisdictionem Fore-  
35 sticam non censetur, *Knichen. de Jur. territor. c. 4. n. 90. Alius quippe*  
dicitur

dicitur ein Forstmeister/ qui curam Silvarum habet; alius ein Jägermeister/ qui venationi præest.

(16.) Collectas etiam Comites, jure territorii, indicunt & exigunt 36  
à suis subditis. Distinguere verò cum Dd. debemus Collectas Impe-  
riales, Circulares & Provinciales; ILLÆ, germanicè Reichs-Steuern/ 37  
des heiligen Reichs Anlagen/ Reichs-Hülffe / indicuntur & exiguntur  
à solo Imperatore ex consensu Statuum Imperii juxta matriculam, ob  
necessitatem publicam, Schönborn. l. 4. Politic. c. 24. R. I. de Anno 1547.  
1548. 1557. & 1566. Gail. lib. 2. Observ. 53. n. 1. Klock. de Contribut. c. 3. n.  
134. ISTE, quæ Imperii circulis, quibus Imperium nostrum divisum, Im- 38  
ponuntur, ad securitatem tum Circuli, cum ad utilitatem Orbis Romani.  
Hæ verò, quæ Status Imperii, & per consequens quoque Comites, 39  
pro utilitate atque necessitate sui Comitatus, à suis subditis, exigunt, R. I.  
de Anno 1542. §. es sollen auch 2c. Klock. de Contribut. c. 2. n. 146. C. A.  
ad tit. de Censib. lb. 21. (17.) Annexa Collectis plerumque Lustratio & 40  
Seqvela, Musterunge und Folge/R. I. de Anno 1570. Knichen. de Jur. Ter-  
ritor. c. 3. n. 239. (18.) Jus Angariarum & Parangariarum, quo Jure 41  
Comites Operarum præstationes à suis subditis, ob repentinum aliquod  
negotium, exigunt. Absolvuntur autem præstationes istæ, Equis, Jumen- 42  
tis, Plaustris, Manibus & Navibus, da man der Obrigkeit mit Wagen/  
Pferden/ Vorspann und andern frohnen muß / wann die Obrigkeit  
die Schiffe in Beschlag nimbt Volck überzuführen. Præprimis enim 43  
hoc Jus in transportatione armorum l. ult. C. de Fabric. & aliarum rerum,  
l. 1. C. de quib. mun. se nemin. liceat. Fritsch. all. tract. lit. A. n. 10. Myler.  
ab Ehrenbach. de Princip. Imp. c. 72. n. 2. Conrad. von Einsiedel de Re-  
gal. c. 3. n. 20. (19.) Jus muniendi Civitates, sui suorumque defensionis 44  
gratia, Gail. lib. 2. Observ. 69. n. 18. Linn. I. P. l. 4. c. 3. (20.) Jus præsi- 45  
dii. Possunt enim milites præfidiarios in arces ac Civitates suas ponere,  
Ihre Städte und Schlösser besetzen / Becht. de Securitat. Concl. 46.  
Knichen. de Jur. territor. c. 3. n. 252. (21.) Jus Conscribendi Milites. R. I. de 46  
Anno 1521. §. dazu sollen 2c. de Anno 1530. §. demnach soll auch 2c. de Anno  
1542. §. wann nun aber 2c. & §. Es soll auch 2c. (22.) Jus Aperturæ 47  
& Metationis, Wehner. Observ. Pract. Voc. Oeffnung Walther. in tr. de  
Metat. (23.) Erigendi Dicasteria, Scabinatus ac Judicia Provincialia. 48  
O. C. p. 1. n. 22. Michel. de Jurisd. c. 52. (24.) Conventus Provinciales 49  
indicendi,

50 indicendi, *Gail. de Arest. c. 7. n. 14.* (25.) Pondera, Mensuras & ulnas con-  
 51 stituendi *R. P. O. de Anno 1548. tit. 15. von etlichen Articulen.* (26.) Archicum  
 52 habendi. *Myler. ab Ehrenbach/ d. tr. c. 47. n. 1.* (27.) Privilegia conce-  
 53 dendi, *Enenckel. de Privileg. l. 1. c. 4. n. 21.* (28.) Legatos mittendi. *Kirch-*  
 54 *ner. de Legat. l. 1. c. 3. n. 13. Keinking. d. R. S. & E. l. 1. Cl. 5. c. 6. n. 50.* (29.)  
 55 Metalla Effodiendi, *Myler. d. tr. c. 69. n. 1.* (30.) Veniam Ætatis conce-  
 56 dendi. *Cothman. Consil. 44. n. 21. volum. 1.* (31.) Succedendi respectu bono-  
 57 rum vacantium. *Sixt. l. 2. c. 9.* (32.) Bona Ereptitia vindicandi, *idem ibid.* (33.)  
 58 Loca Deserta, tertio concedendi, *Heig. l. 1. quest. 13. n. 15.* Et multa alia, quæ,  
 59 brevitatem dum amo, hîc prætereo. Prætereundum tamen non esse pu-  
 to, quod Jure territorii ac Superioritatis, Status Imperii habeant Jurisdi-  
 60 ctionem, Pontificiis ereptam, Ecclesiasticam, adeoque Comites, ut & re-  
 liqui Status Augustanæ Confessioni addicti, duplicem sustinent personam,  
 Secularem, & Ecclesiasticam, *Keinking. de R. S. & E. lib. 3. Class. 1. cap. 10.*  
 n. 2.

## CAP. ULTIMUM.

De

### Oneribus Comitum.

**P** Romisi quidem in Rubro, me solum velle agere de Comitibus il-  
 lorumque juribus; Verum, cum hæc eâ, quâ potui, brevitate, absol-  
 verim, & nonnullæ paginæ exstarent vacuæ, onera Comitum, eas  
 ut supplerem, hîc describere, operæ pretium esse duxi. Et quidem ex  
 2 Dd. nonnullorum sententia, Primum onus est INVESTITURA. Hæc au-  
 3 tem vel est Feudi novi, seu Constituendi, vel Veteris aut Constituti. Hanc  
 Comites & Status Imperii petere tenentur, cum vel Persona Imperii mu-  
 tata est, so offt sich ein Fall begibt/ quandocunqve aut novus Dominus,  
 aut novus Vasallus constituitur, *1 Feud. 22. c. un. Coppen. Observat. Feud.*  
 4 *5. n. 28.* Nec ulla feuda, sive sint Regalia sive non; sive Ecclesiastica si-  
 ve Secularia, eximuntur ab hoc onere, *R. I. de Anno 1521. §. andern auch*  
 5 *dergleichen.* Petitio hujus fieri debet congruô locô & tempore. Lo-  
 6 cus est Aula Imperatoris, *Bocer. de Investit. c. 6. n. 13.* nisi privilegiô, aut  
 7 pacto aliud sit receptum, ut de Feudo Austriaco testatur *Arniseus de jur.*  
*Majest. lib. 1. cap. 5.* Idem de Rege Bohemiæ testatur *Goldastus de Regno*  
*Bohem. l. 3. c. 3. n. 4.* Tutum quoque & securum debet esse iter ad illum  
 Locum,

locu m, aliàs meritò venià dignus Vasallus, *Sylvan. de Recogn. Feud. quest.*  
50. *Bocer. all. tr. c. 6. n. 13.* Tempus est annus, in quo Investitura peti de- 8  
bet, *juxta Ord. Reg. de Anno 1521. §. und behalten uns &c.* Cui jus feu- 9  
dale diem adjecit, 2. *Feud. 55.* Et quidem ex Mynsingeri sententia, *lib. 5.*  
*Observ. 15.* Propterea, ut evitetur illud dubium, an dies termini compu- 10  
tetur in termino, qui à tempore scientiæ currit 2. *Feud. 24. c. un. in princ.*  
2. *Feud. 40. c. un.* Potest tamen prorogari, si modo dolus, Incuria & 11  
negligentia absit 2. *Feud. 52. §. ult. 1. Feud. 22. in fin. princ.* Ex dolo enim, 12  
negligentiâ, incuriâ, si Vasallus terminum præfinitum negligit, Feudò ca-  
dit, idque Imperatori atque Imperio aperitur, 2. *Feud. 55. §. quoniam. 2.* 13  
*Feud. 52.* Impedimentum si Justum, habet moratorias literas, quas in-  
dultum, vulgò *Gonts Briefe Myler ab Ehrenbach d. tr. c. 91. n. 17.* nominat,  
Impetrare potest, quo ei feudum *Uhrlaubß Weise* (verba Myleri sunt)  
possidere liceat. De modo Investiendi ubertim agunt *Limneus l. 4. c.* 14  
*7. item in Addit hujus c. n. 23. Arum. de Comitib. c. 8. n. 73. sc.* quod in 15  
genua se prosternat Vasallus ante pedes ipsius Domini, & quod  
tunc Dominus Vasallo porrigat gladium, cujus capulò prehensò, extre-  
mum ejus conum osculetur, ac juramentum fidelitatis præstet, de quo,  
tanqvàm onere secundo, paucula jam dicenda sunt.

Secundum onus est Præstatio juramenti fidelitatis, cujus tenor, lo- 16  
qvente optimò Mylerò, potissimum consistit: *Damna Imperatoris &*  
*Imperij avertere, ac commoda promovere, Ihrer Kayserl. Majestät/*  
*und dem heil. Reiche treu/hold/gehorsam und gewärtig zu seyn; auch*  
*nimmermehr wissentlich in dem Raht seyn/ noch einwilligen oder bes-*  
*ehlen/ da ichtwas wieder Ihr Kayserl. Majestät oder das Reich ges-*  
*handelt wird/ in einigen Weg/ sondern dessen Ehr/ Nutz und From-*  
*men befördern/ und Jhn vor Schaden warnen/ Myler. part. 3. c. 92.*  
*Wahrm. ab Ehrenberg de Fæderib. l. 2. c. 1. n. 61.* Pro diversitate loco- 17  
rum, diversa, hujus juramenti præstationem, comitantur solemnia. In Im-  
perio Romano, quod in usu sit, (1.) ut jurans denudet caput, (2.) Arma  
deponat, (3.) in genua procumbat. (4.) duobus prioribus digitis dextræ  
manus, librum N. T. tangat. (5.) Gladium osculetur, testatur *Lymneus l.*  
*4. c. 7. n. 42.* Præstare autem hoc juramentum possunt, vel per se ipsos, 18  
vel per Procuratores, qui jurant in animam suorum Principalium *Gail.*  
*l. 1. Observ. 83. ubi in fine Observationis ejus dicit. quotidie renovationes*

*Investiturarum per Procuratores expediuntur, qui in animam Principa-*  
*lis Jurant, vid. præterea Finckelthaus. de Feud. Disput. 7. tb. 21. Struv. de*  
19 *Feud. c. 8. Posit. 6. n. 5.* Hanc materiam optimè pertractavit sæpiùs lau-  
datus Myler. ab Ehrenbach / c. 92. ubi addit ; quod peractis omnibus so-  
lennitatibus, Publicum Instrumentum , ( quod Jure Feudali *Breve* testa-  
tum vocatur, i. Feud. 2. c. un. §. 1. ) renovatæ investituræ conficiatur, &  
quod illud in Aula Principis, certò pretiò, redimere teneantur Status n. 2.  
20 nam etsi Laudemium non solvant , solvunt tamen de necessitate hoc  
pretium.

21 Tertium onus est, ut propriis sumptibus in Comitibus vocati, compa-  
reant, ut expressis verbis vult *R. I. de Anno 1512. §. Nach dem Chur-Für-*  
22 *sten 26. Limn. I. P. l. 4. c. 7. n. 45. Gastel. d. tract. c. 7. n. 51.* quod de omni-  
bus vasallis, ut propriis sumptibus Domino servitia præstent, affirmare la-  
borat *Francisc. Guidottus in Viridario Jur. feudal. pag. m. 148.*

23 Quartum est, quod propter gravitatem ac necessitatem negotii in  
persona comparere aliquando teneantur, *Limn. d. l. R. I. de Anno 1545.*  
*§. Dem allen nach 2c. de Anno 1576. §. wann denn auch 2c. Gastel. all.*  
24 *loc. Dixi aliquando ;* Si enim gravitas negotiorum, præsentiam Illo-  
25 rum non urget, per legatos comparere possunt, *R. I. de Anno 1522.* Sta-  
tuum quippè, si semper in persona comparere tenerentur, conditio esset  
deterior privatorum, quia Hi ex liberrimo arbitrio ad negotia sua procu-  
26 ratorem constituere possunt *l. 1. §. 2. C. t. t. ff. de Procurat.* Porro sen-  
tentiam meam affirmat *R. I. de Anno 1512. §. Nach dem Chur-Fürsten*  
27 *26.* Nullus sanè Princeps debeat cogi, ut provinciâ suâ excedat , aut ma-  
jores, ubi tamen illis parcere posset, sumptus faciat. Et valdè ita derogare-  
tur libertati Germaniæ, videantur *Notæ Johannis Thomæ in Lampadiæ*  
28 *Epitomen, ad c. 8.* Sed Intricator exinde oritur quæstio : AN STATUS,  
29 AD COMITIA VOCATUS, POSSIT EMANERE? Affirmativam defendam, Primò  
quia Constitutione Maximiliani I. quilibet suo Domino emanere possit,  
*R. I. de Anno 1512. §. 7.* Es sollen auch / *ibi.* Ob einer oder mehr auß-  
blieben / und nicht erschienen / oder wie obstehet / Ihre Botschaften  
nicht schicken würden / daß doch keines weges sein soll / so sollen die an-  
dern / so erscheinen werden / nichts desto minder / in Sachen darumb  
sie erfordert seyn / fürgehen / und was dieselbe so erschienen seyn / oder  
der mehrer Theil ans Ihnen / auff die Pflicht verhalben auffgericht ob  
berühr-

berührter Massen endlich berathschlagen und beschliessen werden / dem  
soll von allen Ständen gefolget / nachkommen und vollstreckt wer-  
den / ohne alle Wiederrede und Weigerung. Secundo formula li- 30  
terarum evocatoriarum, constat verbis precariis. Tertio ubi nulla exstat  
poena, ibi nulla necessitas. Quarto quia Imperator finitis Comitibus gra- 31  
tias agit Statibus pro comparitione, vid. *Johann. Thomæ all. l.* AN VE- 32  
RÒ CONSULTIUS SIT, STATUM COMPARERE IN PERSONA, AN VERÒ PER LE-  
GATOS, alia quæstio est, quam affirmo, modo si mihi non objicias Mulieres,  
Pupillos, Civitates; loquor enim de Statibus qui comparere possunt, quod  
(1.) Comitiorum splendor exigit, & (2.) variatio dierum, variat rerum cau- 33  
sas, adeò ut Instructiones quælibet negotia continere nequeant. (3.) 34  
Longior est mora in Consiliis, ubi Principes suos Legatos semper certio- 35  
res reddere tenentur, quàm ubi ipsi agunt.

Quintum onus est, solutio Collectarum Imperialium Reichs- 36  
Steuern / quæ olim indicebantur à solo Imperatore; hodie autem eæ 37  
non aliter nisi in Comitibus Imperialibus & Circularibus indici possunt,  
propter *Capitulat. Ferdinandi III. artic. 14. vid. Limn. ad. d. artic. 14.*  
Quod deinde in Instrumento Pacis clarius explicatum, & respectu Comi- 38  
tiorum Circularium correctum, eo quod non aliter indici possint, nisi li-  
berrimò omnium Statuum suffragiò, *Instrum. Pac. artic. 8. §. gaudeant.*  
Propter justas emergentesque causas, secundum modum & quantita- 39  
tem in matricula Imperii taxatam & definitam, vid. *Limn. l. 4. c. 7. Myler.*  
*all. tr. d. l.* Justæ autem Causæ sunt; Conservatio Imperii, Usus Ca- 40  
meræ Imperialis, Exstructio Fortalitiorum in limitibus Imperii, Expeditio  
contra Turcas, Missio Legatorum Imperii causa &c. *Klock. de Contribut. cap.*  
*1. num. 225.* Ad Onera referri quoque possunt susceptio belli contra Ban- 41  
nitos Imperii, ad quod, mandato Imperatoris, obligantur Status, *R. I. de*  
*Anno 1567. §. 36.* So haben uns die &c. Ubi tamen notandum, quod 42  
non propriis sumptibus teneantur arma contra proscriptum Imperii mo-  
vere, sed si bona banniti non sufficiunt, sumptus ab Imperio ipsis refun-  
dantur *R. I. de Anno 1220. §. wann auch &c.*

Ad defensionem etiam aliorum Statuum, contra depravatos Tran- 43  
quillitatis Publicæ turbatores, obligati sunt, *R. I. de Anno 1512. §. Objez*  
*mand. & de Anno 1555. §. Nach dem aber.* Et quidem per mensum suis 44  
sumptibus, non autem ultra, *R. I. de Anno 1526. §. Damit auch &c.* Sive

violatores illi, seu fractores pacis sint Extranei, five subditi contra Magi-  
45 stratum suum Rebelles, R. I. de Anno 1536. §. Desgleichen &c. Alii deni-  
46 que ad onera referunt, quod Status sint subditi Imperatoris. Verum, a-  
47 liud est esse Subditum, aliud verò esse Vasallum. Nunquam rationibus  
firmis, si modernum Imperii Statum consideremus, aliquis affirmare po-  
terit, Principes Statusque Imperii, (qui tot juribus Regalibus gaudent,  
qui Ditiones suas non Imperatori ac Imperio solum debent; sed & suis  
Majoribus, uti supra demonstravi, qui de Majestate participant,) esse sub-  
ditos. Ad objectiones responsurus sum publicè.

48 Et hæc sunt, BENEVOLE LECTOR, quæ de COMITIBUS in medium pro-  
49 ferre mecum constitueram. Magnos Viros, ut Besoldum, Conringium,  
Limnæum, Mylerum & alios, quorum nomina sæpius allegata vides, se-  
50 cutus sum. Hi, si erraverint, & meos excusabis errores; Ceterum me-  
mor sis triti illius: *Optimè navigare illum, qui cum Eruditis navigat, Va-*

le. Tibi verò, O ALME DEUS, CLEMENTIÆ ac MISE-

RICORDIÆ PATER,

Sit Laus & Gloria.



## COROLLARIA.

1.  
**D**atur Dominium Eminens.

2.  
Ex jure justiniano declarari, restrin-  
gi & suppleri debent jura Provincialia &  
Statutaria.

3.  
Qui Processum callet, Legum ignarus,  
Pragmaticus potiùs, quàm Jctus Practi-  
cus appellandus est.

4. In



4.  
In bello campus Simulationibus &  
Dissimulationibus patet amplissimus.

5.  
Causa justi belli suscipiendi, nulla esse  
alia potest, nisi injuria, & incipit, ubi ju-  
dicia deficiunt.

6.  
Quod metu belli justi exprimitur, non  
admittit restitutionem.

7.  
De Dominio & jure ex Conjecturis  
nonnunquam Statuere licet.

8.  
Legatum aliquando non admittere li-  
cet.

9.  
Post indictionem bellum statim mo-  
veri potest.

10.  
Res alienas, aliquando invitis dominis,  
capere licet.


Felici

OK  
TK  
2266

**F**elici gressu conscendas pulpita docta,  
Fatidicæ Themidos, cujus comitaris ab Arte i  
Nec non defendas acriter justissima jura,  
Celsorum COMITUM & caveas frangantur eorum  
Victor, finito comi certamine, linquens  
Hanc Cathedram, redeas, comiteris laude celebri,  
Et præsis COMITUM frugi regionibus olim!  
Vergenti sic famæ texet Apollo coronam  
Perpetuæ, Tibi, Svaivis Amice: quæ auguro, faxit!

*Hec Dno. Respondenti cum voto omnigenæ  
prosperitatis animitus apprecatus.*

## PRÆSES.

  
**S**icut apis vernò per amœnos tempore saltus  
Floribus ex variis dulcia mella legit.  
Sic tu *Doctorum* per docta volumina volvens  
Accumulas Musis commoda multa tuis  
Ingenii varios fructus, documentaque profers,  
Adfixus Themidis nocte dieque libris.  
Præsens hæc liquidè tua Dissertatio monstrat,  
Docta satis vigili & sedulitate micat.  
Perge bonis coeptis, magnorum exempla virosum  
Disce seqvi, mentis judiciumque cole.  
Perge bonis coeptis; sic non inglorius olim  
Aspicias Patriæ littora grata tuæ.

*Hæc pauca suavissimo Conterraneo ac Amicorum  
suorum omni tempore fidelissimo gratula-  
bundus adjicere voluit*

**J. Xissen/ Rhodâ Waldeccus**  
SS. Th. St.



Pom IIK 2266, RK  
f

ULB Halle

3

003 502 929





n. 2. c  
 Roma  
 4 jungo  
 que re  
 enim  
 5 no ga  
 latio  
 la Pri  
 Sacri  
 Confij  
 C. de  
 diver  
 6 &c.  
 Advo  
 niaru  
 7  
 Com  
 jur P  
 8 Dicu  
 CESA  
 Rom.  
 9 nium  
 quide  
 fit in  
 mem  
 cipii  
 tantu  
 sterua  
 10 Nec  
 nima  
 retin  
 16. &  
 Prin  
 fruut  
 11 de Ho

stratibus missis ad divictas  
 djutores negotiorum, ad  
 derivatio hujus vocis quo  
 e, l. 3. C. de discuss. Comites  
 e. honore illustribus vici  
 . Horum verò alii in Pa  
 Comes SacriPalatii, qui Au  
 Archiat. Sacr. Pal. Comes  
 ssistebat, l. 2. C. de Comit.  
 nes Sacri Patrimonii, t. t.  
 orum, l. 6. C. de Advocat.  
 odos. qui à prebit. Tyron.  
 omes Orientis, l. 3. C. de  
 . Comes Illyricus, Hispan  
 em COMES, vide.  
 mum perveniam scopum,  
 rum. Discurs. Academ. de  
 jurispr. Publ. lit. C. n. 15.  
 AS COMITATÛS, CODICILLIS  
 Paurmeist. de jurisd. imp.  
 univers. lib. 6. cap. 8. Sigo  
 ravit. Ad Comitatus si  
 quiritur, ut quis de tali terra  
 sufficit, quod tempore im  
 anti temporis, cujus prin  
 nereatur; & non expressõ  
 is conferatur, ut Paurmei  
 per l. 32. ff. de LL. probat.  
 , etiamsi nullam, vel mi  
 s Comitis est denegandus.  
 l. de Feud. c. 8. concl. 56. n.  
 Myler. ab Ehrenbach, 1 de  
 Constitutionibus utuntur,  
 itor. c. 1. n. 22. Rittersh.  
 a generi atque sanguini tri  
 buitur;

